



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 59. Scriptores Ecclesiastici religione Catholici eodem anno defuncti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67659)

Sæc. XVII. in Episcopali dignitate subrogatus est
A. C. 1719. die trigesima Novembris Cardinalis

Hugo Damianus Philippus Comes et
Schönborn: Insuper anno priori die
gesima quinta Decembris vitam in Epis-
copali laudabilissime transactam be-
fine clausit Franciscus Arnoldus Bar-
de Metternich Monasteriensis ac Pade-
bornensis Episcopus. Denique die non
Aprilis Osnabrugii fatis functus est Hu-
cinthus a S. Joanne Baptista, alias Pe-
nominatus ex Ordine Carmelitarum SS.
Theologiæ Doctor Episcopus Heliopi-
tanus Episcopi Osnabrugensis Suffrage-
neus, necnon Apostolicus Missionis
Septentrionalium Vicarius.

§. LIX.

Scriptores Ecclesiastici religione Catholici hoc anno defuncti.

Du Pin
Bibl. des
Auth. Eccl.
t. 19. p. 176.
Calmet Hist.
Univ. t. 17.
pag. 591.

Celebriores ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis recentes
lubet: hos inter primus occurrit Ludovicus Elies Du Pin Sorbonæ Doctor,
ac Regius Philosophiæ Professor, de cuius fatis frequens in hujus Historiæ
progressu sermo recurrebat: Ipsus via
suæ Historiam conscripsit postremo in
Bibliothecæ tomo insertam: Vir en-
ingenii acie, felicitate memorie, si-
gulari vivæ, ac bene coordinatae in-
ginationis vi, laboris, lectionisque al-
duitate, dicendique nitore excellens;

temperantiores vero criticam a suo Sæc. XVIII.
Magistro Launoyo, in SS. Patres & Pon- A. C. 1719.
tifices invehendi libertatem a Scripto-
ribus Heterodoxis, atque ab iisdem
crebras, in quas incautus incidit, hal-
lucinationes mutuavit. Palam etiam
Sorbonicum vexillum contra Pontificum
decreta in Quesnelli favorem erexit, ac
propterea sibi metipsi plurium Scripto-
rum censuras, & denique etiam exili-
um accersivit, a quo feso non nisi, si-
mulata tamen, palinodia liberare pot-
erat: Præprimis vero novemdecim to-
mis conscripsit suam *Bibliothecam Au-
thorum Ecclesiasticorum*, cuius tamen
primos duos tomos Matthæus Petit
Didier Benedictinus tribus volumini-
bus acriter perstrinxit; Du Pinus enim
in hoc opere in Sanctorum Patrum o-
pera, stylum & doctrinam quasi pro
tribunali sedens, ut notat Gravesonius,
virgam censoriam exercuit, Sanctorum
Ecclesiæ Doctorum Augustini & Hiero-
nymi opera depresso, de Romanis Pon-
tificibus minus reverenter locutus est,
receptasque traditiones, piisque opi-
niones, levissimis ex conjecturis, tan-
quam fabulas, superstitiones & com-
menta explosit, parumque modeste sibi
dissentientes tanquam sacræ critics
ignaros traduxit, & dictaturam, ne-
scio quam in recensendis aliorum Scri-
ptorum libris, ipsaque Ecclesiæ disci-

Dd 3

plina



Sæc. XVIII. plina sibi arrogavit: unde primi Biblio.
A. C. 1719 thecæ suæ tomi edicto Parlamenti fue
 suppressi, eique Parisiensis Archiepiscopu
 pus (*), ut titulum suæ Bibliothecæ
 immutaret, & per triennium suum ca
 billandi pruritum cohiberet, iugando
 Edidit postea Du Pinus *dissertationes his
 toricas de antiqua Ecclesiæ disciplina*, ut
 tamen inter alia cum Antonio de De
 minis deliravit, dum Canones, quibus
 Oecumenici Concilii Lateranensis II.
 nomine circumferuntur, non ipsime
 Concilio, sed soli Innocentio III. tra
 buendos, proin minoris auctoritatis esse
 scripsit. Profluxere pariter ex ejusce
 lamo sequentes Libri I. liber Psalmi
 rum cum notis II. idem liber juxta
 hebraicum latine redditus cum succen
 ctis annotationibus. III. Vindiciae
 hujus libri IV. Libri VII. S. Optati Mo
 levitani de schismate Donatistarum ac
 MS. Cod. & veteres editiones unacum
 Historia Donatistarum. V. Notæ in
 Pentateuchum. VI. Vindiciae cœdite
 Parisiensis Facultatis Theologicæ con
 tra Sinenses relationes Patris Le Coun
 Jesuitæ. VII. Tractatus de necessitate
 fidei in Christum. VIII. Dialogi poli
 hum

(*) Vid. edictum Parisiensis Archiepiscopu
 quo damnatur ejus Bibliotheca, necnon critica
 hujus Bibliothecæ a Richardo Simonio editio
 Tom. 2. l. 7. c. 4. p. 510. & seqq.

humi Domini de La Bruyere circa Quietum Sæc. XVIII.
tismum IX. Tractatus de doctrina Christiana & Orthodoxa. A. C. 1719.
sliana & Orthodoxa. X. Joannis Ger-
sonii opera XI. Historia Apollonii Thyan-
næ XII. Tractatus de potestate Ecclesias-
tica & temporali XIII. Bibliotheca Uni-
versalis Historicorum XIV. Epistola de
antiqua Ecclesiæ disciplina circa cele-
brationem Missæ XV. Historia Judæo-
rum a Christo usque ad præsens tem-
pus, expurgata ab erroribus Basnagii
XVI. Dissertationes Historicæ circa Bi-
lia. XVII. Historia Ecclesiastica XVIII.
Historia profana XIX. Analysis Apo-
calypseos. XX. Tractatus Historicus
de excommunicationibus XXI. Metho-
dus Studii Theologici. XXII. Denuntiatio
libelli Episcopis & Regenti injuriosi.
XXIII. Defensio Monarchiæ Siculæ.
XXIV. Tractatus de amore Dei. XXV.
Bibliotheca Authorum à Romana Com-
munione segregatorum. XXVI. His-
toria Concilii Tridentini XXVII. Quæstio,
quis venit legem adimplere? XXVIII. Tra-
ctatus de veritate. Ceterum omnia Du-
Pinii opera, quæ minusculis literis im-
pressa leguntur, vel per speciale Ponti-
fificis Breve, vel ab Inquisitoribus Ro-
manis interdicta sunt Obiit hic Auctor
Parisiis die decima sexta Maij, vel ut
ait P. Calmet, sexta Junii anno ætatis
sexagesimo secundo. II. Fatinellus de

Dd 4

Fati-



Sæc. XVIII. Fatinellis Apostolicæ Cameræ Clericou
A.C. 1719. edidit tractatum de Referendariorum
Collegio, de translatione pensionis, re-
sponsa juris, observations ad Con-
stitutionem XLI. Clementis VIII. vitam
B. Zitæ, & relationem mortis preioea
Cardinalis de Tournon. III. Lud-
phus Küster, qui a sua secta ad fidem
Catholicam reversus scripsit contra Grati-
novium & Perizonium, novum Testa-
mentum Millii, Bibliothecam librorum
novorum, pluraque alia: incepit quo-
que adornare operum Hesychii editio-
nem, quam tamen, die duodecima Octo-
bris morte präventus absolvere haud
poterat. IV. Joannes Stephanus Be-
dier Benedictinus ex Congregatione
S. Mauri edidit egregium tractatum de
Sanctitate Status Monastici unacum
Historia Abbatiæ Marmontensis, & Ec-
clesiæ Regiæ ad S. Martinum Turone-
sem. V. Michael Felibien ex eadem
Congregatione posteris reliquit His-
toria Abbatiæ ad S. Dionysium, cum
eiusdem Necrologio, duas disserta-
tiones de loco martyrii & sepultura S. Dio-
nyssii, & de tempore fundationis pre-
fatæ Abbatiæ, vitam Virginis de Ho-
miere Abbatissæ Mouchiensis, & epि-
stolam circularem de morte Harcourtuz
Abbatissæ Montis Martyrum, vitam S.
Anselmi unacum reflexionibus in ejus
opera.

opera, *vitas Sanctorum Britannorum, Sæc. XVIII.*
& *Historiam Urbis Parisiensis, quæ A. C. 1719.*
nondum typis edita est. VI. Henricus a S. Ignatio Carmelita, Vir pro-
fundæ eruditionis, recti ac sinceri ju-
dicii, omnibus percharus, solus invi-
sus iis, quorum laxiores opiniones in-
genua libertate castigabat: Edidit Theo-
logiam veterem, fundamentalem, spe-
culativam, & moralem, Theologiam
Sanctorum de Eucharistia & Pœnitentia,
Molinismum proligatum, Ethicam amoris & morum doctrinam ad-
versus novitias opiniones strenue
propugnatam tribus tomis quo eo-
quod ibidem de laxitatis remedii
egisset, ejus æmuli An. 1714. & 1722.
atro stigmate notari procurarunt: Ad-
scribunt nonnulli eidem Authori Tu-
bam magnam, majorem & maximam
de necessitate reformati Societatem,
necnon artes Jesuiticas Clementi XI.
atque universo Orbi denuntiatas; at-
tamen Tubæ Authorem existimant alii *Tomo. 39.*
cum Nicerone certius dici Julium Cle-
mentem Scotti, Artes vero Jesuiticas pro-
fluxisse ex Eliæ Hasenmülleri quondam
Jesuitæ, postea Apostatae calamo,
postmodum vero ab alio sub ficto *Ale-*
tophilii nomine auctas, & Clementi XI.
denuntiatas Anno 1710. prodiisse: Ut-
ut de hoc sit, id omnino certum, quod

Dd 5 plura

pag. 70.

Sæc.XVIII. plura Societati minus decora cal-
 A. C. 1719. mo de veritate tam persuaso scrip-
 ut in ultimo suo agone a suo Promi-
 ciale interrogatus, an ea, quæ fors-
 cerbius contra Socios scripsisset, is-
 vocandi necessitatem conscientia non
 dictaret, collectis extremis viribus al-
 eundem conversus responderit, non
 & Christus increpuit Pharisæos? VII. As-
 changelus Augustini ex eodem Ordine
 sub anagrammatico nomine Silvius
 Canturani Historiam Ecclesiasticam, de
 Mores Israelitarum Claudii Abbatis Fle-
 rii Italice reddidit, ediditque ipsos His-
 toriam profanam in sex tomos diffe-
 butam, discursum super artem Medicinae
 & alium super Historiam universalen
 VIII. Liberius a Jesu Carmelita Exca-
 ceatus, Romæ per triginta & octo an-
 nos controversiarum Professor, & Pre-
 fectus in Congregatione de Propaganda
 qui publici juris fecit Controversias do-
 maticas adversus hæreses, quia vero in
 controversia IV. hæc verba inveniuntur:
Jansenistas se Pontifici subjecere in damnatione V. propositionum, prout sonant,
 secundum quæstionem juris, sed audi-
 stulare in quæstione facti, ideo ejus libe-
 donec corrigatur, a S. Officii Conge-
 gatione suspensus fuit, Authorque Pro-
 pura sibi jamjam designata excidit. Scri-
 psit quoque librum de attritione & con-

tritione, necnon sex tomis in folio Theo- Sæc. XVIII.
logiam dogmaticam unacum Appen- A.C. 1719.
dice Dissertationum. IX. Franciscus
Baertius Jesuita edidit vitas SS. Adal-
gisi, Nicatiæ, Statuæ &c.

§. LX.

*P. Paschafii Quesneli fatum, &
opera.*

Quantas sibi calamitates, quam a- *Collett. t. 2.*
cerbas Pontificum, Præsulum, Re- *Inst. Th.*
Regum, & recte sentientium indigna- *pag. 91.*
tiones, pericula atque exilia P. Pascha-
fius Quesnellus Berulliani Oratorii Sa-
cerdos accersierit, sparsim in hu-
jus Historiæ serie relatum est. Tan-
dem vero præclarus hic ferreæ suæ
contumaciæ Martyr post elusas & ca-
lumniis proscissas excommunicationes,
quas ob suos errores aliaque plura de-
lictorum capita incurrisse iterato denun-
tiatus erat, de hujus mundi scena de-
cessit; ineunte enim Mense Novembri
insolita virium imbecillitate laborare
cœperat, simulque febri correptus, cum
summa senectute confectus esset, hunc
morbum sat periculosum, postremum
que fore conjectabat, quocirca die vi-
gesima octava Novembris Sacris Eccle-
siæ mysteriis muniri petiit, quibus e-
tiam receptis duos Proto - notarios
Apo-

